

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Obediencia x  
cum uariis

Imponitur nomen obediencie precepto, facto et loco ut designet quid precipitur, monstret quod agitur, nomet locum in quo quis moratur; prima facilis, secunda grauis, tercia ad utrumque se habet. Leue est enim precipere sed graue est adimplere. Locus uero aliquando placet, aliquando displicet; placet quibusdam non quia habundat fratribus sed quia piscibus, placet quia habundat famulis et fabulis, placet quia solus cuncta possidet, et sic fit ut uocetur obediencia cum non sit. Hanc obedienciam multi desiderant ut extra obedienciam esse queant.

Hugo ibidem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

facto et loco] loco et facto P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; quo *om.* (*cor. in marg.*) M; utrumque] vtramque P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; precipere] percipere P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup>; placet *om.* C; uocetur] nocetur P V<sup>1</sup>; Hugo *om.*  
C